



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553


Missa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

do tamen Medici seculares commodè haberi non possunt: dummodo id faciant de suorum Superiorum licentia, & citra adustionem, & incisionem per seipso facendam. Gregorius XIII. pag. 48.

Hanc facultatem concedere possunt omnes Superiores.

Quas indulgentias consequantur Medici Nostri Ordinarii, vide supra verbo *Indulgentia*. §. 29.



MISSA.

§. I.

Omnes possunt audire Missas in Nostris Ecclesiis.



Mnes Christi fideles, qui concionibus Nostrorum intervenerint, possunt ejusmodi diebus in Ecclesiis, in quibus Nostri concionabuntur, Missas & alia Divina Officia audire, & Sacramenta recipere, ità ut non teneantur pro his adire suas Parochias. Paulus III. pag. 12.

§. 2.

Audientes Missas in Nostris Ecclesiis, satisfaciunt precepto.

Audientes Missas in Nostris Ecclesiis,
Domi-

Dominicis aliisque festivis diebus, non contempto proprio Sacerdote Parochiali, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, nec in aliquam labem peccati mortalis, pœnamve propterea incurrunt. Concessit Leo X. Minoribus per Bullam, datâ 3. Dec. 1518. Incipit: *Exponi Nobis*: est 22. in Bull. Regul.

§. 3.

Possunt Nostri celebrare per horam ante auroram, &c.

Possunt Presbyteri Societatis celebrare Missas per horam ante auroram, & infra horam post meridiem, itineris, vel alterius legitimi impedimenti causâ, de licentia Præpositi Generalis, vel cujuslibet alterius ad id ab eo deputati. Gregorius XIII. pag. 61.

Hæc facultas communicatur omnibus Superioribus, & iis quibus ipsi commiserint.

Vide verbo *Altare*. & verbo *Horæ Hannonica*. §. 1. & 5. & verbo *Interdictum*. §. 4. & 5.

§. 4.

Alia facultas pro Semihora ante auroram.

Nostri possunt celebrare per semihoram ante Auroram. Concessit Sixtus V. per litteras, Patribus Oratorii de Urbe, dar.

dat. 5. Sept. 1586. Voluit tamen, ut moderatus esset usus hujus Privilegii. Habetur in eorum Archivio.

§. 5.

Et alia pro hora ante diluculum.

Itèm Nostri permissum est celebrare per horam ante crepusculum diei: & vetantur Ordinarii illis super hoc molestiam inferre. Concessit Greg. XIII. Ordini S. Hieronymi in Hispania per Breve authenticum: refertur in Comp. Privil. ejus Ordinis V. Celebrare §. 8. & ejus transfusum juridicum apud nos habetur.

§. 6.

Facultas celebrandi elapsis 2. horis post medium noctis.

Præterea Nostri possunt celebrare Missam duabus horis immediatè post mediam noctem usque ad Nonam inclusivè. Alex. VI. concessit Monachis S. Benedicti Montis Serrati per Bullam, dat. 5. Kal. Maji 1599. Incipit: *Sanè merita*: est 13. in Bull. Regular. Quam concessionem Clemens VIII. extendit ad alia Monasteria, Bullâ datâ 30. Septemb. 1592. Incipit: *Romanus Pontifex*: est 22. ibidem.

Facultates, de quibus in his postremis quatuor §§. communicantur omnibus Superioribus, & iis, quibus ipsi commiserint.

§. 7.

§. 7.

Et in proprio cuiusque Infirmi cubiculo.

Nostri, quibus ob infirmitatem vel per Medicum, vel per Superiorem è cubiculis suis exire prohibetur, possunt, durante infirmitate, Missam in proprio cubiculo super Altari portatili, in loco tamen decenti, celebrari facere, & Sacro-sanctam Eucharistiam confessi suscipere, Ordinariorum, seu quorumvis licentiâ minimè requisitâ. Concessit Pius IV. Canonicis Regularibus S. Salvatoris per Breve, dat. 18. Maji 1565. atque adeò post publicationem Concilii Tridentini: exstat in Libro Privilegiorum ejus Ordinis, edito Anno 1606. & refertur in Comp. Clericorum Regularium, ab Alexandro Peregrino compilato. V. *Missa §. 2.*

Solius Præpositi Generalis erit usum hujus facultatis concedere.


§. 8.

Et super Altari portatili.

Nostri possunt, ubicumque fuerint, sinè parochialis juris præjudicio, non requisito Ordinariorum assensu, cum altari portatili celebrare. Paulus III. pag. 42. & clariùs Honorius III. FF. Prædicatoribus, & Minoribus per litteras, insertas Corpori Juris, Cap. *In his*, de Privil.

Solius

Solius Præpositi Generalis erit usum hujus facultatis concedere.



MISSIONES.

Vide verbo *Generalis*. §. 2. & 3. & verbo *Pralati*. §. 1.



MONIALES.

AN Nostri possint compelli ad Monialium curam recipiendam, &c. Vide verbo *Exemptio*. §. 10.



NOTARIUS.

Facultas deputandi Notarios, &c.



Ræpositus Generalis, ac Provinciales in unaquaque eorum Provincia, possunt creare & deputare in Notarios, unum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures Religiosos Societatis, qui probi sint, & fide doctrinâque idonei, qui intimare possint, quoties requisiti fuerint, omnia & singula mandata, privilegia, concessionem, & indulta, ac Societati, seu ejus personis concessa, & emanata rescripta Aposto-

Ap
aut
ret
om
cor
fice
jud
cos
der
eis
Bu
pœ
chi
nic
adj
tor
dat
Pa
bu
pra
ter
"E'